BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIe SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	[3 nov.]1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	[13 fév]1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	[8] mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	[5 septembre] 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	[10 jan.1662]	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	[29]sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	[7 juin]1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et 180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190

MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	[11]avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	[8]août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	[16]août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	[16]avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	[14 nov]1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	lerJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	[23 fév]1662	II	232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233

POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	[30]août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	[11]oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	[30]déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	ler fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	[4]janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	[23]fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	ler fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	[3]févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	[31]déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551

EVCHARISTICA tranſubſtantiatio eſt formaliter actio (non mera tantum habitudinis relatio) quæ præcisè, nec corporis Ch[illegible] adductiua, nec illius vnitiua cum ſpeciebus, [illegible]lud pro[illegible] cœna [illegible] tantu[illegible]ficax, aut illius conſeruatiua, ſed propriè reproductiua eſt corporis & ſanguinis Chriſti Domini, quæ vt ſic ſunt primarius illius terminus. Totus Chriſtus eſt ſub vnaquaque ſpecie in hoc Sacramento, ſed vi verborum ſolum Chriſti corpus vt humanum, eſt ſub ſpecie panis, ſicut ſolus ſanguis vt humanus ſub ſpecie vini, ex quo ſequitur carnem, oſſa, neruos, cartilagines, & cæteras partes integrantes vi verborum formæ ſub ſpecie panis conſtitui; per concomitantiam proximam ſub qualibet ſpecie ponuntur, verbum diuinum, vnio hypoſtatica, anima rationalis, & aptitudinalis quantitas; ſicut per remotam, diuinitas & perſonæ Patris & Spiritus S. Totus Chriſtus eſt actu ſub qualibet minima particula ſpecierum conſecratarum ante actualem eius à toto ſeparationem, ſicut poſt diuiſionem, in parte etiam indiuiſibili conſeruatur, ſi illa ſuam propriam ſubſtantiam poteſt naturaliter retinere. Corpus Chriſti ſub ſpeciebus verè mouetur motu recto, non ab anima propria, aut ab aliquo Angelo, neque etiam à ſolo Deo, ſed à Sacerdote, vel quouis alio ſpecies, mouente, qui conſequenter & per accidens corpus mouet; non poteſt tamen, vt in hoc Sacramento exiſtens, ab agentibus ſolâ virtute & modo naturali operantibus, aliquod ab eis pati, nec ſimiliter in illa naturaliter agere, quamuis diuinâ virtute poſſit vtrumque, item eadem virtute & videre & videri poteſt oculo corporeo, non tamen naturaliter, etiam à beato, nec pariter cognoſci ab intellectu etiam angelico. Aliquando vere corpus Chriſti apparet, aliquando verò minimè, ſed aliquid illud repræſentans; cum talis fit immutatio, vel in corpore circunſtante, medio, phantaſia, vel etiam in accidentibus communibus ſubſtantiæ, remanet corpus Chriſti ſub ſpeciebus, ſecùs ſi in proprijs panis vel vini accidentibus, in iſtis miraculoſis operationibus latreutica adoratio, abſoluta, vel relatiua debet interuenire.

ACCIDENTIA in Euchariſtia ſine ſubiecto remanent nihil reale in ſe accipiendo de nouo, ſed maiori quodam Dei concurſu eorum exiſtentiam conſeruante ſubſiſtunt; poſſunt eodem modo ac antea obiecta extrinſeca non ſolum accidentaliter, ſed etiam ſubſtantialiter immutare, & ipſa etiam immutari; ex ijs poteſt aliquid generari, & nutriri aliquis poteſt, non ex aëre circumſtante, aut ex quantitate, ſed ex eadem reproducta materia, quæ ante conſecrationem exiſtebat. Franguntur propriè ſpecies, ſed Chriſti corpus per denominationem tantum extrinſecam. In Sacramenti inſtitutione ſemel vſus eſt hac conſecratoriâ formâ (*hoc eſt Corpus meum, & hic eſt Calix Sanguinis mei*) quam ſolam obſeruandam reliquit vt conſecrationi eſſentialem, apage igitur Eccleſiæ preces tanquam conſecrationis formam: ſi Euchariſtiæ Sacramentum vt permanens conſideretur, eius forma Metaphyſica propria ſignificatio, Phyſica vero corpus & ſanguis Chriſti Domini. Sola hæc verba (*hoc eſt Corpus meum, hic eſt Calix Sanguinis mei*) vel illis æquiualentia, ſunt conſecrationi eſſentialia, cætera vero tantum accidentalia; forma abſolutè debet à Sacerdote ſignificatiuè proferri, & non tantum recitatiuè, quæ vera eſt in rigore ſermonis, & non ſolum in proferentis intentione, non tamen vt vera, ſed vt ſignificatiua præſentiam efficit. Euchariſtia dignè ſuſcipientibus confert ex opere operato gratiam ſanctificantem cum ordine ad ſpecialia quædam auxilia ſuo tempore obtinenda, item peccata venialia remittit, & pœnam eis correſpondentem, maiorem vel minorem ſecundum ſuſcipientis affectum; non tamen per ſe remittit peccata mortalia, ſed tantum per accidens; in ſuſcipiente baptiſato requiritur gratia ſanctificans ad effectus ſuſceptionem, non feruor aut abſentia peccati venialis etiam concomitantis, non ſufficit tamen contritio de peccatis mortalibus ſi ſit copia confeſſarij. Habita ratione Sacramenti pluries in die communicare nil vetat, imo qui celebrauit, vel laico more communicauit, ſi eodem die in præſentiſſimum vitæ periculum incidat, non tantum poteſt, ſed Euchariſtiam in viaticum ſumere tenetur. Adulti baptiſati iure diuino communicare tenentur, reis tamen ad mortem damnatis licitè denegari poteſt, & etiam expedit: ſub vtraque ſpecie omnibus communicare non eſt à Deo præceptum, nec fit laicis iniuria, cum totus Chiſtus, & tantum gratiæ ſub vna ſpecie, quantum ſub vtraque conferatur. Solus Sacerdos eſt Euchariſtiæ conficiendæ miniſter, diſpenſandæ tamen ex ſpeciali commiſſione Diaconus eſſe poteſt.

SACRIFICIVM propriè dictum eſt externa oblatio rei ſenſibilis permanentis, legitimâ authoritate inſtituta & à legitimo miniſtro per realem victimæ immutationem ſoli Deo immediatè facta ad teſtandam eius omnipotentiam, quæ definitio apprimè noſtro Miſſæ Sacrificio conuenit, quod à Chriſto Domino in vltima cœna inſtitutum, & ad nos vſque in Eccleſia religioſiſſimè ſemper ſeruatum eſt, & à Sacerdotibus noſtris celebratum, cuius victima corpus & ſanguis, & ex conſequenti totus Chriſtus, quæ tanquam conditionem eſſentialem ſpecies panis & vini poſtulat, & eorum ſubſtantiam neceſſariò præſupponit, huius incruenti ſacrificij pars eſſentialis eſt conſecratio, ſed non tota eſſentia, cum æque eam ingrediatur ſacerdotis communio, non ita adſtantium, vt garriunt hæretici; ſufficit vnius ſpeciei conſecratio & conſumptio ad huius ſacrificij eſſentialem integritatem ſi ſecundum repræſentationem ſui ſignificatiminùs expreſſam conſideretur, non verò ſi ſecundum magis expreſſam. Iure diuino prohibitum eſt ſub vna tantum ſpecie conſecrare. Non ſolum latreuticum & Euchariſticum eſt incruentum noſtrum ſacrificium, ſed etiam impetratorium & propitiatorium, cum peccata tam mortalia, quam venialia, & aliquid pœnæ eis debitæ, non tantum ex opere operantis, ſed ex opere operato mediatè remittat. Valor eius, ex parte victimæ, & actionis Chriſti eſt ſecundum ſufficientiam infinitus, & finitus duntaxat ſecundum influxum, ſicut ex parte Eccleſiæ & Sacerdotis offerentis eſt tantum finitus. Miſſæ Sacrificium omnibus fidelibus non excommunicatis directè applicari poteſt, indirectè excommunicatis, paganis, & infidelibus, imo ex ſe pro infidelibus directè offerre licet, item in honorem Sanctorum, pro fidelibus defunctis, non item pro damnatis; an vero pro catechumenis viuis & defunctis, directe offerre liceat? grauis eſt controuerſia, ſed qui Sacrificij naturam penitius inſpexerit, licere fatebitur, quamuis ratione prohibitionis Eccleſiaſticæ indirectè tantum offerre liceat; offerens præcisè vt actiuè ſe habet non recipit fructum ex opere operato, ſed vt ſe habet paſſiuè. Sacrificium pro pluribus offerentibus oblatum ex æquo illis prodeſt, ac ſi pro vno tantum, non tamen pro pluribus non offerentibus, aut nominatim deſignatis.

POENITENTIA ſeu vitæ mutatio dolorem de peccatis, & Deo ſatisfaciendi propoſitum includens eſt actus virtutis, non generalis præcisè, nec ſpei, charitatis, religionis, iuſtitiæ humanæ, aut alterius virtutis moralis, ſed cuiuſdam ad Deum iuſtitiæ, non diſtributiuæ, vel vindicatiuæ, ſed commutatiuæ ſupernaturalis, & per ſe infuſæ, non tamen propriè Theologicæ, poteſt etiam eſſe ex actuali quodam Dei auxilio ſpeciali, vel à virtute quâdam acquiſita (ſi Deus vt hominis finis vltimus naturalis conſideretur.) Specialis illius virtutis proximum ſubiectum, hominis voluntas, remotum, non damnatus neque peccato mortali infectus, ſed quilibet peccator iuſtificatus, reperitur eiam pœnitentia in Chriſto Domino, beatiſſima Virgine, Angelis ſanctis, & omnibus beatis quoad efficaciam, tam ſecundum actum, quam ſecundum habitum, licet quoad proprium illius actum, nec Chriſtus, nec Deipara, nec Angeli ſancti, nec primi parentes in ſtatu innocentiæ exiſtentes, fuerint illius ſubiectum, fuerunt tamen, in ratione tantum habitus, reſpectu peccatorum quæ potuerunt committere, tum beata Virgo, tum Angeli ſancti in via, & primi parentes adhuc Innocentes, qui etiam in ipſis comprehenſoribus perſeuerat. Datur in Eccleſia externum quoddam remedium inſtitutum à Deo, ad tollendum peccatum boſt baptiſmum commiſſum, quod non eſt memoria iam ſuſcepti baptiſmi, ſed Sacramentum propriè dictum, & ab aliis diſtinctum, cuius materia remota eſt actuale peccatum poſt baptiſmum admiſſum, neceſſaria, ſi mortale, ſi veniale tantum, ſufficiens, non ita, ſi peccatum quoad reatum pœnæ tantum conſideretur; proxima verò, contritio, confeſſio, & ſatisfactio, ſed contritio & confeſſio ſunt partes Sacramento pœnitentiæ eſſentiales, & ſatisfactio ſolummodo integrans. Eius forma debet eſſe iuridica à peccatis abſolutio, quæ conuenienter iſtis, aut æquiualentibus terminis concipitur, (*ego te abſoluo à peccatis &c.*) quæque eſſentialiter ſacerdotis, voce iuridicè pronuntiari debet, tota illius eſſentia in his duobus terminis (*abſoluo te*) vel aliis æquiualentibus conſiſtit, cætera autem vocabula, quæ vel ante vel poſt proferuntur, ſicut ſanctiſſimæ Trinitatis inuocatio, & hæc particula (*à peccatis tuis*) licet conuenienter addantur, non ſunt neceſſaria.

POENITENTIÆ forma, modo deprecatorio, & cum conditione de futuro pronuntiata, nulla eſt, cuius ſenſus non eſt quod Sacerdos det pœnitenti ius ad gratiam remiſſiuam peccatorum, neque quod primo per ſe ei remittat obligationem peccata ſubiiciendi clauibus Eccleſiæ, aut compleat remiſſionem peccatorum, aut eum abſoluat à pœna damni, vel pœna æterna, vel temporali, aut à reliquiis peccatorum, & multo minus quod declaret eum eſſe à peccatis abſolutum, ſed quod vice Chriſti eum de facto à culpis peccatorum abſoluat, & conſequenter pœnas æternas illis debitas remittat. Sacramentum pœnitentiæ baptiſato mortaliter peccanti eſſe neceſſarium, neceſſitate medij, in re, vel in voto, illudque pluries iterari poſſe, nullomodo dubitandum eſt. Contritio ſeu deteſtatio, & dolor de peccato commiſſo vt offenſiuo Dei, propter eius amorem, cum propoſito non peccandi de cætero, ſi ad ſtatum gratiæ determinetur, includit præterea propoſitum peccata Sacramentaliter confitendi, & pro ipſis etiam in hac vita ſatisfaciendi, quod in alio ſtatu non includitur; explicitum eiuſmodi propoſitum non neceſſariò requiritur, ſed ſufficit implicitum: ab attritione diſtinguitur contritio, non penes intenſionem, & durationem aut gratiæ informationem aut quod eius obiectum ſummum malum reputetur, ſed quod pro motiuo, ſolum Deum habeat offenſum, alterâ verò minimè; ſi tamen actus contritionis, prout præſcindit à perfectione charitatis conſideretur, non eſt ſufficiens extra Sacramentum diſpoſitio, ad peccati mortalis remiſſionem & gratiam obtinendam: contritio de ſingulis peccatis in particulari non eſt neceſſaria, nec ſecundum ſe conſiderata, ſiue extra Sacramentum, ſiue iuncta Sacramento requirit examen & recordationem omnium mortalium pœnitentis, nec certum quemdam intenſionis gradum neceſſariò poſtulat, aut aliquam durationem infra quam non ſit ſufficiens, ſed dolorem de illis ſummè appretiatiuum. De contritione eliciendâ dari præceptum quis ambiget? quæ ſecundum ſe conſiderata, & à motiuo & fine abſtracta, eſt de præcepto iuris naturalis etiam diuini, quæ cum illis coniuncta & vt à Deo acceptatur in compenſationem iniuriæ, eſt tantum iuris diuini poſitiui, ſub quo autem motiuo determinatè debeat elici, non præcipitur; illud præceptum non obligat ſtatim atque peccatum commiſſum eſt, neque diebus feſtis, ſed quando præſens & euidens mortis periculum occuerrit, vel exercenda aut ſuſcipienda actio, quæ ſtatum gratiæ poſtulet, & nullus ſit confeſſioni locus.

SICVT attritio, extra Sacramentum, quæquumque illa ſit, eſt ad peccatorum remiſſionem inſufficiens diſpoſitio, ſic iuncta Sacramento, ſi ex ſolis naturæ viribus, imo ſi per auxilium ſupernaturale, ſed ex motiuo ſolum naturali ſit elicita; ſufficit tamen ſi per gratiam tam adiuuantem quam præuenientem eliciatur, licet concepta ex turpitudine pecccati, metu pœnæ æternæ, vel amiſſionis æternæ vitæ, & vt talis æſtimetur; quæ in Sacramento non fit intrinſecè, ſed tantum extrinſecè contritio. Sacramentalis confeſſio auricularis omnium mortalium eſt baptiſato, de diuino iure poſitiuo præcepta; ſi tamen non præcepiſſet Chriſtus inſtituto Sacramento, Eccleſia potuiſſet præcipere, & de facto tempus determinauit; nullâ Confeſſio valida eſt, & informis; illa debet eſſe vera, integra de omnibus mortalibus poſt diligens examen occuraentibus, tam ſecundum numerum, ſpecies, & circunſtantias ſpeciem mutantes, quam eam notabiliter aggrauantes, & etiam complicem (niſi aliter fieri poſſit) indicantes: certis in caſibus dimidiari poteſt confeſſio; ægrotum nullum pœnitentiæ ſignum dantem abſoluere non licet, ſecus ſi aliquod immediatè ante dederit; per motus, ſigna, ſcripturam, vel interpretem Sacramentaliter confiteri licet (ſi aliter fieri non poteſt) non licet tamen per nuntium, vel litteras abſenti confiteri, & ab eodem abſolui, imo nec valida eſt. Solus ſacerdos ordinariam, vel delegatam habens in ſubditos iuriſdictionem, eſt Sacramenti pœnitentiæ miniſter, alias non ſolum illicita, ſed etiam inualida eſt abſolutio; approbatio etiam ſeu iuridicum teſtimonium debet à ſuperioribus ſuis, reſpectu huius miniſterij, ordinarijs obtineri ab iis qui parochiale beneficium non habent; quæ pro ordinarij arbitrio ad certum tempus, & perſonas, determinata eſſe poteſt, quæque pro audiendis ſæcularibus exterius obtenta eſſe debet etiam à Mendicantibus, & illa ſimpliciter conceſſa (etiam nullâ rationabili causâ) validè reuocari poteſt. Tam ſtricta ſigilli confeſſionis ſeruandi obligatio, eſt de iure naturali diuino, quæ ex omni declaratione peccatorum animo ea ſubiiciendi clauibus Eccleſiæ oritur; omnia peccata mortalia, item venialia in particulari, eorumque circumſtantiæ, & quæ cum peccatis moralem habent connexionem, defectus quoque naturales cadunt ſub ſigillum, ad quod tenentur non ſolum Sacerdotes confeſſionem Sacramentalem excipientes, ſed interpretes, Doctores qui conſuluntur, & ſuperiores abſoluendi poteſtatem à reſeruatis concedentes; poteſt tamen confeſſarius de licentia pœnitentis, non coactâ, aut interpretatiuâ, ſed expreſſâ, alijs peccata eius reuelare: Ex quacumque causâ etiam ad ſeruandam vitam, non licet confeſſario vti ſcientiâ per Sacramentalem confeſſionem partâ; tale ſigillum reſerare, eſt peccatum mortale, à quo non excuſat materiæ leuitas.

DE fide eſt nullum eſſe peccatum tam grande, quod per veram pœnitentiam deleri non poſſit, nullum tamen actuale (de lege Dei ordinaria) ſine illa ſaltem virtuali deleri poteſt, poteſt tamen per extraordinariam Dei potentiam, ſi nulla illius ſit complacentia: vnum mortale non poteſt ordinariè ſine alio remitti; nec venialia homini iuſto viatori, ſine virtuali ſaltem de illis pœnitentiâ, quantalibet gratiâ habituali inſtructo, & ex eâ meritorium opus exercenti, remittuntur tamen per Sacramenta ritè ſuſcepta, cum ſupernaturali de illis attritione, item per Sacramentalia, ex opere tantum operantis; ſi tamen veniale ſit cum mortali coniunctum, non poteſt iuxta potentiam Dei ordinariam ſiue quo ad culpam, ſiue quo ad pœnam ſine alio remitti; ſed quomodo iuſto poſt mortem temittatur? an per actus charitatis; aut aliarum virtutum, meritorios, quos viuus exercuit, an per pœnarum purgatorij acceptationem, an per dilectionis, vel contritionis actus, quos tum exercet? minimè gentium, ſed per ſolam Dei condonationem illi ratione gratiæ ſanctificantis factam: tandem ad venialium remiſſionem, etiam in hac vita, non requiritur per ſe gratiæ ſanctificantis, vel eius augmenti infuſio. Sicut bona opera in peccato mortali facta non ſunt meritoria vitæ æternæ, ſic ad veram de peccatis pœnitentiam non reuiuiſcunt; non item bona opera mortificata, quæ ex ſola Dei miſericordia reuiuiſcunt, non ex iuſtitia aut natura reconciliationis per gratiam habitualem factæ, aut ex modo eam connaturaliter ſubſequente, item gratia habitualis tam promerita, quam conceſſa, & virtutes per ſe infuſæ illam concomitantes reuiuiſcunt in eadem intentione ac erant anteà, & in eodem inſtanti, quo vera de peccatis, licet exigua, pœnitentia habetur: non idem de peccatis dicendum eſt quæ ſemel remiſſa, per ſubſequens peccatum non redeunt, licet per diuinam omnipotentiam reuiuiſcere non implicet, imo aliquando ratione ingratitudinis impropriè redire nihil vetat. Satisfactionem ſeu pœnam temporalem pro peccatis quo ad culpam remiſſis luendam remanere nullus, niſi hæreticus, negat, quæ operibus verè & proprie ſatisfactorijs de condigno compenſatur, ad talem ſatisfactionem aliquo exteriori actu in hac vitâ exercendam (vt eſt tantum actus virtutis pœnitentiæ) nemo præciſè tenetur; non idem ſit iudicium de ſatisfactione Sacramentali, quæ bonis omnibus operibus, etiam aliquâ lege humanâ, vel diuinâ præceptis adimpletur, vt maxime commendetur benignitas illius *Qui memoriam fecit mirabilium ſuorum.*

Has Theſes, Deo duce, & Præſide S. M. N. IOANNE L'AMY *in ſacra Facultate Pariſienſi, è Regia ſocietate Nauarrica, Doctore Theologo, tueri conabitur* NICOLAVS LE PETIT *Presbyter Sagienſis, Baccalaureus Theologus Die veneris 9. menſis Maij, Anni Domini 1659. ab octaua ad ſextam.*

IN SORBONA.

PRO MAIORE ORDINARIA.